THOMAS CANTIMPRATENSIS
Entstehungsort unbestimmt, spätes 13. Jh.
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35447
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift







mone marini piscis si fricetur lig
num ardere indebitur sicut oleum.
ut plinius dicit. Unde etiam pul
monibus quorundam marinorum pi
scium oleum clarissimum consue
tum est fieri. Omne animal carens
pulmone caret et uoce sed non con
uertitur. Dicit plinius quod quanto
hic minor corporibus. tanto uelocitas
maior. De. Splene.

Splen habet homo ut dicit aristo
tiles. strictum et longum sicut
porcus. Splen in sinistro latere latet.
hic trahit ad se et purgat quodam
sordes sanguinis et hic magis in
his qui quartanarii extiterunt.
quam in hominibus reliquis. do
let plurimum et grauat hominem
nisi sinistre manus. ut brachii
uene caucius minucione releuen
tur. Tamarindi sunt fructus muti.
horum decoctio contra opilacionem
splenis et epatis ualet. Sedes me
lancolie ut dicit galienus est
in splene. Dominatur autem in uisu et
per eam accedit saturitas. cogitacio.
grauitas. fletus. tarditas. timor
sollicitudo. et pusillanimitas.
Splen sicut dicit plinius peculi
are cursus impedimentum est. Unde
splenis uena minuitur in cursoribus.
hic exempto paruulnus animalia in
uere tradunt. Sunt qui putant
adimi risum hominum et intempe
ranciam eius. constare splenis
magnitudine. De. Ventre.

Venter quasi saccus est in quo
interiora cuncta dependent.
Omne animal habens sanguinem
et quatuor pedes. habet uentres. iiii.

ut dicit plinius. Venter primus re
cipit cibum crudum. Secundus autem
digestum. Tercius sumptum cibum
in meliorem digestionem deglutit.
Quartus recipit cibum bene diges
tum et emittit. Proprie tamen ea
pars corporis dicitur uenter. quia cuncta
uniuersaliter interiora sua diffu
sione circumdat. Hic crassitudi
ne sua quandoque tantam enor
mitatem excedit. ut mortem infe
rat nutriendi. Nota quod aristotiles.
homines similes esse cani inuenti
superiori. et similes porco inuentre
inferiori. Minus sollertes sunt qui
bus auiditissimus uenter est. ut dicit
plinius. De. Costis.

Coste create sunt in homine ad
conseruacionem et custodiam
intestinorum. Venter enim tenui
pelle circumdatus de facili lede
tur. nisi costarum protectione tue
retur extrinsecus. De. Sto
macho.

Stomachus membrum est conuenientissimum
humano corpori. hic enim medi
ante ysophago crudos recipit ci
bos. et decoctos in meliori digesti
one deducit. ut dicit aristotiles.
Villos in modum breuioris lane
habet interius. ubi cibi recepti hor
calorib; foueantur. et digerentur.
et ne etiam si sine uillis stoma
chus esset. cibi raso stomacho plus
quam necesse esset citius labentur. Et
testinum quoddam exceptis aliis ma
ioribus intestinis de stomacho de
scendit. et istud intestinum uoca
tur ieiunium. quia semper ieiunium
est a corpulencius cibor. solum. n.